

68-6-E.1.


Dony Bol: Brod S Bankali.

ADAGIORVM CHILIADES QVA
TVOR, CENTVRIA EQUE TOTI
DEM. QVIBVS ETIAM QVIN
TA ADDITVR IM-
PERFECTA

sup^{do}

Erectio: 1609. A. D. 1597.

DEMI ADAGIORVM CHILIADES QVA
TVOR, CENTVRIA EQUE TOTI
DEM. QVIBVS ETIAM QVIN
TA ADDITVR IM-
PERFECTA



ADAGIORVM

centvriae
aditvra etiam
additvra im-

PERFECTA

probato

Brod de Kulev

sentem, huiusmodi. Rusticus quidam cum sensisset minui uinum in dolio conditum, admiratus quid esset rei, circumspicere coepit, num qua rima extillaret liquor, ubi nihil eiusmodi comperisset, pergit uicinos in suspicionem apud se se uocare, ne se absente uas relinerent, uinumque potirent. Obsignat itaque diligenter dolium ad opus exiturus. At reuersus signis illæsis, uinum nihilominus imminuit. Tum uero fortunam agricolarum deplorare, quibus non in uite solum, ueruetiam in dolii calamitas praesto esset. Ad extremum exhausto dolio hydrus in imo repertus est, uini potor. Ea res in uulgi iocum abiit. Admonet Plinius libro decimo, capite septuagesimo secundo, serpentes quanquam exiguo indigeant potu, tamen uinum cum est occasio, præcipue appetere. Adagium ipsum haudquam inelegans, nec aspernandum. Quod si quem nihil mouet, reces author, licebit usurpare, cu quis occulta calamitate premitur, causa atque authore non extante. Aut cum diuturni mali tandem author deprehenditur.

E Massylia uenisti.

XCIX.

Εκ μαστιλίδος ήκει, id est, E Massylia uenisti. Suidas ait dici solitum de iis, qui cultu parum uiris decoro uerentur. Quod Massylienses luxu perditi, muliebrem fermè in modum ornarentur, cornis unguento delibutis, capillisque religaris. Huic affine quod refert Athenaeus in Dipnosophistarum libro duodecimo, πλάστεις μαστιλίας, Cuius nos alibi mentionem fecimus, & quid super hoc sentiremus explicuimus.

Tibicines mente capti.

C.

Athenaeus libro Dipnosophistarum octavo, proverbio iactatum scribit apud priscos, Tibicinibus nihil esse mentis, λόγος γέ τολμός, ὡς ὁ πι, αὐθοὶ μὲν αὐλητῆι. Στοὶ νοον οὐ εἰφυσαν, Λαζαρίκη τῷ φυσῶν χώροις εἰπέται τοι, id est, Dictum enim est peruetustum, quod Dii tibicinibus nunquam mentem inseruere, sed simul ac flarint, auolat ilico mens. De hoc hominum genere plura diximus in proverbio, Tibicinis uitam nivis.

Chiliadis tertiae finis.

ERASMI ROTERODAMI CHILIADIS QVARTAE CENTVRIA PRIMA.

Dulce bellum in expertis.

Proverbium primum.

T elegans cum primis & multorum literis celebratum adagium est, Γλυκὺς ἀπέρω πόλεμος, id est, Dulce bellum inexperto. Sunt quedam in rebus mortalium, quæ quantum habeant discriminis ac malorum, non intelligas, nisi facto periculo. Dulcis inexpertis cultura potentis amici. Expertus metuit. Bellares & splendida uidetur, inter aulicos obambulare proceres, in regiis uersari negotiis, at senes, quibus usu penitus cognita res est, ab ea felicitate libenter abstinent. Suave uidetur, amare puellas, sed iis qui nondum senserunt, quatum amorem infit amari. Ad eundem item modum accommodari poterit, ad quoduis negocium multo cum periculo, multisque coniunctum malis, quod nemo uelit capessere, nisi iuuenis, & rerum imperitus. Siquidem Aristoteles in Rhetoricis hanc adfert causam, cur iuuenta sit audacior, contra senecta timidor, quod illis imperitia rerum confidentiam pariat, his multorum experientia malorum, timiditatem & contationem. Quod si quicquam est in rebus mortalium, quod contanter aggredi conueniat, imo quod oporteat modis omnibus fugere, deprecari, propellere, certe bellum est quo non alia res uel magis impia, uel calamitosior, uel latius perniciosa, uel haerens tenacius, uel tetricior, & in totum homine indignior, ut ne dicam Christiano. At dictu mirū, quod hodie passim, quod temere, quod quavis de causa, suscipitur, quod immaniter ac barbarice geritur, non tantum ab Ethniciis, uerum etiam à Christianis, nec prophani modo, uerum etiam à sacerdotibus & episcopis, nec solum à iuuenibus & imperitis, uerum etiam à senibus, & toties expertis, nec à plebeis tantum & uulgo natura mobili, sed potissimum à principibus, quorum officium erat, temerarios stultæ multitudinis motus, sapientia, rationeque comprehendere. Neque desunt Iureconsulti ac Theologi, qui ad ista tam nefaria, faces admouent, & frigidam (quod aiunt) suffundunt. Quibus rebus sit, ut nunc bellum adeo recepta res sit, ut demirentur homines, esse cui non placeat. Adeo probata, ut impium ac penè dixerim, haereticum sit, improbabile rem tuam omnium, ut sceleratissimam, ita miserrimam quoque. At quanto iustius erat illud demirari, quis malus genius, quæ pestis, quæ intemperie, quæ Furia, primū in hominis mente immiserit, rem usque adeo beluinam, ut placidū illud animal, quod natura paci benevolentiaeque genuit, quod unum omnia

hic sit ag. 2 F.
autem in manu.

mm ii

ADAGIORVM

saluti prodidit, tam ferina uesania, tam insanis tumultibus in mutuam rueret perniciē. Id quod magis etiam admirabitur, quisquis animū à uulgo receptis opinionibus, ad ipsam rerū uim & naturam perspiciendam conuerterit, ac seorsim hinc hominis imaginem, hinc belli simulachrę uere philosophicis oculis aliquantis per contempletur. Primum igitur, si quis habitū modo figuramq; corporis humani consyderet, non protinus intellecturus est naturā uel potius deū, animal hoc non bello, sed amicitiæ, non exitio, sed saluti, non iniuriæ, sed beneficentia genuisse? Nam cæterog; animantium unum quodq; suis instruxit armis. Taurū impetus armavit cornibus, Leonum rabiem unguibus, Apris fulmineos affixit dentes. Elephantos præter cutem & molem, promuscite quoq; tutatus est, Crocodilū cutis uelut laminis communiuit, Delphinis teli uice pinnas addidit, Histricē spinis, Rāiam aculeis defendit. Gallis calcar addidit. Alia testis alia corio, alia cortice cōmuniuit. Sunt quorū incolumitati, pernicitate prospexit, ueluti Colubis. Sunt rursus, quibus uenenū teli uice tribuit. Addidit his speciē tetrā ac beluinā, addidit oculos truces, uocis stridorem. Inseuit natuua quædā diffidia. Solū hominem nudū produxit, imbecillem, tenerū, inermem, molissima carne, cute leui. Nihil usquā in membris, quod ad pugnam, aut uiolentiam datum uideri possit, ut ne dicam interim, quod cætera ferē, statim, ut nata sunt sibi sufficiunt ad uitam tuendam. Solus homo sic prodit, ut multo tempore totus à subsidio pendeat alieno. Nec fari nouit, nec ingredi, nec cibū capere, uagitu tantum implorat opem, ut uel hinc coniici possit, solū hoc animal totū amicitiæ nasci, quæ mutuis officiis & coit, & coheret potissimū. Proinde natura uoluit hominem uitæ munus, non tam sibi q; benevolentia acceptum ferre, quo uidelicet intelligeret sese gratiis esset dicitū, ac necessitudini. Tum speciem dedit non tetram & horridam, uti cæteris, sed mitē ac placidā, amoris, ac benevolentia notas præ se ferentem. Tribuit oculos amicos, & in his animi signa. Dedit brachiorū sinus ad complexū. Dedit osculi sensum, quo ceu copularentur, & sese contingerent animi. Vni risum attribuit, alacritatis indicium. Vni lachrymas clementiæ & misericordiæ symbolū. Quin & uocem dedit, non minacem & horrendam, sicuti beluis, sed amicam & blandā. Nec his contenta natura, sermonis & rationis usum uni tribuit, quæ quidem res ad prarandam & alendam benevolentiam in primis ualeret, ne quid omnino per uim inter homines gereretur. Inseuit odium solitudinis, amorem sodalitatis. Indidit penitus benevolentia semina. Fecit ut quod est saluberrimū, idem sit & suauissimū. Quid enim amico iucundius? At rursus, quid æque necessarium? Proinde si maxime liceret absq; mutuo cōmercio cōmode uitam agere, nihil tamen iucundū uideri possit absq; socio, nisi si quis prorsus hominē exuerit, & in feram degenerat. Addidit insuper liberaliū disciplinarū studium, & cognitionis ardorem, quæ res ut potissimū abducit hominis ingenium ab omni seritate, ita ad conciliandas necessitudines præcipuum uim habet. Siquidem nec affinitas, nec sanguinis propinquitas arctioribus, aut firmioribus amicitiæ vinculis astringit animos, q; societas honestorū studiorū. Super hæc admirabili quadam uarietate, dotes tum animorum, tum corporū inter mortales partita est, nimirum ut singuli in singulis inuenirent, quod uel amarent ac suspicerent ob excellentiam, uel ob usum & necessitatē ambient & amplectenterunt. Deniq; indidit diuinæ mentis scintillulam, ut nullo etiam ostendo præmio, tamen per se iuuet benemerenti de omnibus. Id enim deo maxime proprium ac naturale, suo beneficio consulere universis. Alioqui quid illud est, quod haud uulgarem animo sentimus uoluptatē, ubi quempiā per nos seruatū intelligimus? Proinde deus in hoc mundo uelut simulachrū quoddam sui constituit hominem, ut ceu terrenum quoddam numen, saluti prospiceret omnium. Sentiunt hoc ipsa etiam bruta, cū uidemus non mitia solū, ueruetiā Pardos, & Leones, & his immitiores bestias in magnis periculis ad hominis opem confugere. Hoc extremū omnibus asylū, hæc ara est sanctissima uniuersis, hæc nulli non sacra est ancora. Hominis effigiem utcunq; depinximus. Nunc bellī simulachrū ex aduerso, cum hac, si uidetur, componamus. Iā igitur uidere te puta, barbaras cohortes, ipso uultu sonoq; uocis horrendas, hinc atq; hinc instructas ferratas acies, formidabilem armog; crepitū, simul & fulgorem, inamabilem tantæ multitudinis fremitū, oculos minaces, rauca cornua, terrificū Tarantarae cantū, bombardag; tonitrua, non minus formidolosa ueris, sed magis noxia, clamorē insanum, concursum furiosum, immanem laniationē, cadentium & occidentiū crudeles uices, congestas strages, undantes cruce Campos, fluuios humano tintos sanguine. Fit interea nonnunq; ut frater incidat in fratrem, affinis in affinem, amicus in amicū, & communī furore iam debachante, in eius uiscera stringat ferrū, à quo ne uerbo quidē unq; fuerat læsus. Deniq; tantū malorum habet illa Tragoedia, ut à cōmemoratione quoq; peccati humanū abhorreat. Ut interim non referam, illa uulgaria præ his, leuiaq; prostratas pasim segetes, exustas uillas, incensos pagos, abacta pecora, constupratas uirgines, tractos in captiuitate senes, direpta phana, latrocinii, prædationibus, violentia plena, confusaq; omnia. Utq; taceam illa, quæ

illa, quæ felicissimum etiam ac iustissimum bellam consequi solent. Expilatam plebē, oneratos proceres, tot senes orbos, & simul in cæde liberos & occisos, tot anus destitutas, & crudeli^q ferro peremptas, tot matronas uidentes, tot liberos orphanos, tot domus funestas, tot opulētos ad inopiā redactos. Nā de mox pernicie qd attinet loqui, cū nemo nesciat uniuersam uitæ pestē, semel ē bello proficisci? Hinc pietatis contēptus, hinc legū neglect^o, hinc ad qduis audēdū sceleris pmptus animus. Hoc son tenobis tā ingēs latronū, raptōs, sacrilegos, percuslos, turbā scatet. Et quod est omniū grauissimū, hæc tā exitialis pestilentia, nescit se suis continere spatiis. Sed in uno quopiā angulo nata, non solum finitimas regiones ueluti contagio quadit, uerūctā procul semotas, uel mercede, uel p affiniratis, aut foederis occasionē, in cōmūnē tumultū, ac reg^o tempestatē pertrahit. Quinetiā bellū ē bello seritur, ē simulato uer^o, ē pusillo maximū exoritur, neque raro solet in his accidere, quod de Lerneo mōstro fabulis pditū est. Hisce de causis opinor, ueteres illi poetae, q reg^o uim ac naturā & sagacissime pspexerūt, & aptissimis figmētis adūbrarunt, tradidere bellū ad inferis immitti, idq; Furiā ministerio, neque quālibet furiā ad hoc negocii conficiendū, esse idoneā. Deligit omniū pestilentissima, cui nomina mille, mille nocendi artes. Hæc innumeris armata colubris, tartarea buccina scinit. Pan insano tumultu cōplet uniuersa. Bellona furiosum quatit flagellū. Furor impi^o, ruptis oibus vinculog^e nodis, euolat horridus ore cruento. Neque nō uiderunt hæc Grāmatici, quo^z alii bellum καὶ τὸν θεόν δictū uolunt, quod nihil habeat neque bonū, neque bellū, nec alia ratione bellū esse bellū, q Furias Eumenides. Alii malunt à belua deducfū, quod belua sit, non hominū in mutuū exitiū congredi. At mihi sanè plusque ferinū, plusque beluinū esse uidet^o, armis cōfigere. Primū. n. pleraque brutog^e animatiū in suo quodque gūe, concorditer & ciuiliter degunt, gregatim incedūt, ope mutua se se tuent^o. Neferæ qdem oēs dimicant. Sunt. n. & innoxiae, sicut Damæ & Lepores, sed omniū efferatissimæ ueluti Leones, Lupi, Tigrides. Quanque nec hæ belligerant^o inter se, quēadmodū nos. Canis caninā nō est. Leonū inter se feritas nō dimicat. Draconi cū draconē pax est, inter uenena cōuenit. At homini nulla fera pñicio sior, q homo. Rursus illæ cū pugnat, suis pugnat armis, nos pñter naturā arte cacodæmonū excogitatis, instruimur homines in hominū pñciē. Nec illæ qbuslibet de causis saeuunt, ueque ubi uel fames stimulat in rabiē, uel se peti sentiūt, uel fœtui suo timēt. Nos deū immortalē, q friuolis de causis, quas bellog^e Tragocedias excitam^o? Ob inanissimos titulos, ob puerilē irā, ob mulierculam, ob causas, his quoque multomagis ridiculas. Ad hæc inter feras uni cū una bellū est, idq; pbrcue. Et ut cruentissima pugna sit, una aut altera uulnerata discedit. Quido auditū est, id quod passim faciūt homines, centū millia beluag^e mutuo laniatu cōcidisse? Adde, quod ut feris quibusdā naturale dissidiū est cū aliis diversi generis, ita rursus habent cū quibus genuina, firmaque cohærent amicitia. At homini cū homine, & cuilibet cū quolibet, iugis pugna est, nec ullū satis firmū fœdus inter ullos mortaliū. Adeo que quid à sua degenerauit natura, in peiorē degenerat specie, q si natura malitiā ingenuisset. Vis scire q ferina, q foeda, q non digna homine res sit bellū? Spectasti ne aliquī leonē cū urso cōmissum? Qui ritus, q rugitus, q fremitus, quæ immanitas, quæ laniatio? Inhorrescit, q spectat etiā in tuto. At quāto fœdius spectaculū, quanto immanius, uidere hominem cum homine, tot armis, tot telis instructū cōfigere? Quæso te, quis homines crederet, nisi consuetudo mali sustulisset admirationē? Ardent oculi, pallent ora, furorē præfert incessus, frendet uox, clamor insanus, totus ferreus est, crepāt arma, fulminant bombardæ. Mitius erat, si cibi causa homo hominē deuoraret, si sanguinē hauriret, quāquā huc quoque uentū est à quibusdā, ut id odii gratia faciant. At nunc idem fit crudelius telis ueneno tintitis, tartareis machinis. Nullū usquam hominis uestigium. An credas hic ipsam naturam agniturā, quod condidit? Et si quis admoneat, an non merito huiusmodi uerbis sit admiratura? Quod nouū spectaculū ego uideo? Quis tartarus hoc nobis portentum aeditit? Sunt qui me nouercā appellant, quod in tam immensa rerum summa, uenena quædam genuerim, quanque & hæc in hominis commodum cessura, quod aliquot animantia parum mitia finixerim. Etiam si nulla ferā tā immitis est, quin arte & officiis possit cicurari. Hominis cura mansuescunt leones, mitescunt dracones, seruiunt ursi. Quæ tandem est ista plusque nouerca, quæ nouam hanc beluā, totius mundi pestē nobis dedit? Vnum animal totū genii beniuolentiae placidū, amicū, salutare. Quid accidit, ut in huiusmodi ferā degenerarit? Nihil agnosco hominis illius, quē finxi. Quis malus genius uitianit opus meū? Quæ saga mētē humana excantauit, & incantauit beluinā? Quæ Circe natuā uertit formā? Iuberē ut ad speculū se se contēplaret infelix, sed qd cernant oculi, cū mēs absit? Tñ aspice teipsum si potes furiose bellator, si quo pacto cōtingat resipiscere. Vñ tibi minax crista uerticis? Vñ fulgens galea? unde ferrea cornua? unde pinnati cubiti? unde squāmæ, unde détes ærei? unde laminæ? unde tela letifera? unde uox plusque ferina? unde uultus iste plusque beluinus? unde tonitru & fulmine, ipso Iouis fulmine, tum

ADAGIORVM

formidabilius, tū nocentius? Ego te diuinū quoddā animal finxi. Quid aenit in mentem, ut te ipsum in tā immāne beluā transformares, ut nulla iā belua, futura sit belua, si cū homine cōponatur? Hæc atq; id genus alia pmulta diceret opinor, architectrix illa res Natura. Proinde cū sic conditus sit homo, quēadmodū ostensum est, cū huiusmodi res sit bellū, quemadmodū nimiū crebro sentim⁹, haud medociter admirandū uidet, quis deus, q̄ morbus, aut q̄ casus, primū in humanū pectus immiserit, ut letale ferrū in hominis stringeret uiscera? Multis gradibus ad tā insignē uelaniā ventū sit oportet. Nemo siquidē repēte fuit turpissimus, ut inqt poeta Satyricus. Séper q̄ maloꝝ maxima, sub umbra ac specie boni subrepserūt in uitā hominū. Olím igit̄ cū rudes illi prīciꝝ mortales, nudi, sine moenibus, absq; recto, uitā in syluis agerent, euenit aliquoties, ut à feris ac beluis offendereſ. Cū his igit̄ primū homini bellū suscep̄tū est, & vir fortis habebat, ac dux, q̄ feraḡ uim ab hominū genere depulisset. Quin & æquissimū uidebat iugulare iugulat̄es, trucidare trucidat̄es, p̄serrim cū nulla lacesſit̄ iniuria ultro nos impeterent. Ea res cū summæ laudi duceret, hinc. n. deus factus est Hercules, Coepit animosa iuuentus, passim uenari bestias, exuuiū ceu trophæū ostentare. Deinde nō cōtentī iugulasse, pellibus illaḡ sele munierūt aduersus rigorē hyemis. Hæc erat p̄ma homicidia, haec spolia. Post hæc longius p̄gressi, rē ausi sunt, quā Pythagoras uehementer impiā arbitratus est, & nobis poterat p̄di giosa uideri, n̄iſi ueraret cōsuetudo, quæ tantā ubiq; uim habet, ut apud nationes quasdā piū fuerit habitū, parentē grandētū, plagis obrutū in fossam depellere, & eripere uitā illi, p̄ quē uitā munus contigerat, sanctū habereſ carnibꝝ affiniū amicoḡ, uelsi, pulch̄e existimareſ, uirginē in Veneris phano p̄stare populo, multa q̄ iis absurdiora, quæ siq; nunc referat tātū, nemo nō sit abominatus. Adeo nihil est tā scelerosum, nihil tā atrox, quod & nō p̄bet, si id cōmēdet cōsuetudo. Ergo qd̄ ausi sunt facinus? Non ueriti sunt uelsi feraḡ extinctaḡ, cadaueribus, dētibꝝ laniare carnē exanimē, hanrire sanguinē, exugere saniē, & uiscera, ut ait Ouidius, in uiscera cōdere. Id facinus, tamēt̄ mitioribus ingeniis tū immane uideret, tñ commendauit usus & cōmoditas. Processum est lōgius. A noxiis feris itū est ad pecudes innoxias. Sæuitū est passim in oues, animal sine fraude, doloq; sæuitū in leporē, nō ob aliud crīmē, n̄iſi quod esculentus esset. Nec temperatū est à boue domesticō, q̄ suo sudore diu familiā aluerat ingratā, nulli uoluc̄, nulli p̄scīū generi parcitū est, & eo p̄cessit gulæ tyannis, ut nullū animal usq; tutū esset ab hominis crudelitate. Veꝝ, hoc quoq; p̄suasit cōsuetudo, ut sæuitia nō uideretur in ullū animantis genus, modo ab hominis cæde téperareſ. Sed in nobis fortasse sitū est, uitia quemadmodū mare non admittere, ueꝝ ut admissō limitē p̄scribamus, id non est cuīq; in manu. Semel receptū utrumuis haud nostro ducit̄ arbitrio, sed suo fert̄ impetu. Posteaq; his rudimentis essent ad cædē exercitati, p̄suasit ira, ut homo hominē, fuste, saxoꝝ ue, aut pugno peteret. Sigdē iis adhuc armis tū pugnabat̄ opinor, & iā occidēdīs pecudibus didicerant, hominē quoq; minimo negocio posse pīmī. Veꝝ ista crudelitas diu constitit intra monomachias. Ad hæc nonnullā etiā æqui specie habebat sustulisse inimicū, laudi quoq; coēptū est dari, siq; violentū & pestilentē hominē, cuiusmodi ferūt suisse Cacum & Bulyridē cōfecil̄set, orbemq; monstris istiusmodi liberasset. Siquidē uidentur hos etiā titulos in Herculis extare laudibus. Deinde concursum est à pluribus, ut quoſq; uel affinitas, uel uiciaria, uel necessitudo coniunxerat. Et quod nunc latrociniū est, tum bellum erat. Saxis & sudibus præustis, etiamnum res gerebatur. Riuulus occurres, aut rupes, aut simile quippiam obuum prælia dirimebat. Interea dum crescit usu feritas, dum gliscunt iræ, dum magis ardescit ambitio, furorem suū armant ingenio. Excogitantur arma qualiacunq; quibus se communirent, excogitantur tela, quibꝝ hostē perderent. Iam passim, iam frequentiore manu, iam armati conflictari cōperunt. Nec huic mānifesto furori, suus defuit honos. Bellum appellarunt, & uirtutē esse uoluerunt, si quis sui capitū periculo uim hostium, à liberis, ab uxore, à pecore, à domesticis latebris propelleret. Atq; ita paulatim unā cū rerum cultu crescente malitia, bellum indicere cœpit, ciuitas ciuitati, regio regioni, regnum regno. Quanq; in re per se crudelissima, tamen remanebant adhuc humanitatis pristinæ uestigia. Repetebantur res per se feciale, citabantur testes superi, uelitatione præludebatur ad pugnā. Telis vulgaribus, & uirtute non dolo res agebatur. Nefas erat ferire hostem, n̄iſi signo dato, non licebat pugnare, ubi receptui cecinisset imperator. Deniq; uirtutis & gloria certamen erat, magis q̄ occidendi cupiditas. Necdū arma mouebantur, n̄iſi in exteris, quos ob id hostes, uelut hospites appellabant. Hinc nata sunt imperia, quorum nullum unq; fuit in ulla natione, quod non fuerit multo generis humani sanguine paratū. Deinceps assidue bellorum uices, dum uicissim alius alium ab imperio depellit, & sibi uindicat. Post hæc cū imperia quoq; ad sceleratissimos mortales detenissent, iam in quoſlibet, p̄ libidine mota sunt arma, neq; male meriti, sed bene fortunati, cōperunt maxime belli periculis esse obnoxii, & iam prælii scopus, non laus esse, sed sordidum lucrum, aut hoc èr sceleratiꝝ aliqd.

Non dubito

Non dubito quin hæc prospexerit sapientissimus ille Pythagoras, cum philosophico cōmento mulitudinem hominum imperitam à laniandis pecudibus deterreret. Videbat futurum, ut qui nulla laeſſitus iniuria, pecudis innoxia sanguinem fundere consueuisset, idem commotus ira, & iniuria provocatus, non metueret hominem interimere. Porro bellū quid aliud est, q̄ multorum cōmune homi cīdium, & latrociniū? hoc sceleratius, quo latius patens. Sed ridentur hæc cēu deliramenta scholasticorum à crassis proceribus nostri temporis, qui cum præter figuram nihil habeant hominis, tamen ipſi ſibi plane dii uidentur. Et tamen ab his initiis, huc uideamus eſe peruentum insania, ut tota uita nihil aliud agat. Belligerat̄ur affidue, gens cum gēte colliditur, regnum cū regno, ciuitas cum ciuitate, princeps cū principe, popu'l cū populo, & quod Ethnici quoq̄ fatetur impium, affini cū affini, cognatus cum cognato, frater cū fratre, filius cum patre. Deniq̄ quod ego ſanè puto iis omnibus atrocis Christianus cū homine, addam inuitus, quod est atrocissimum, Christianus cum Christiano. Et o cæcitatē mentis humanæ, hæc nemo mirat̄, nemo detestatur. Sunt qui applaudant, q̄ uehant laudibus, qui rem plusq̄ tartareā sanctam appellant. Bellatur à decrepitis, bellaē à ſacerdotibus, bellaē à monachis, & cum re tam diabolica Christum miſcemus. Concurrunt acies utrinq̄, crucis inſigne præferentes, quæ uel ipſa poterat admonere quo pacto conueniat uincere Christianos. A facro illo cælesti, quo perfecta illa & ineffabilis Christianoꝝ coiunctio repræſentat̄, currit ad mutuā cædē, & reitam impiaꝝ Christum faciunt & ſpectatorē & authorem. Vbi nam diaboli regnum eſt, ſi in bello non eſt? Cur huc perrahimus Christū, cui ciuitas cū quoquis lupanari conueniat, q̄ cum bello? Indignatur Paulus apostolus, ullam eſſe controuerſiā inter Christianos, ut iudex ſit adeūdus, qui litem dirimat. Quid ſi conſpiceret nos toto orbe belligerantes, & quālibet leui de cauſa, immānius q̄ ulli bellarint Ethnici, crudelius q̄ ulli Barbari? idq; fieri authoribus, hortatoribus, adiutorib⁹ his, q̄ pacificum illū, & oia conglutinante pontificē repræſentant, quiq; pacis omine ſaluant populum. Nec me clam eſt, quid iamduū mihi reclamēt Cares iſti, quoꝝ messis eſt ē malis publicis. Bellū ſuſcipimus inuiti, alioꝝ coacti malefactis. Ius noſtꝝ pſeq̄mur. Quicquid maloꝝ habet bellū, illis ferat̄ acceptū, q̄ bellī dedere cauſas. Sed quiescant interim paulisper, & hoꝝ cauſationes ſuo loco refellemus, ac fucū hunc, quo morbū noſtrum præteximus, detrahemus. Iam ſicut hominē cum bello, hoc eſt animal placidissimum, cum re longe immanissima cōpoſuimus, quo magis pſpicua fieret atro citas, ſic bellū cum paſe, re miserrimā, pariter & ſceleratissimā, cum re felicissima, ſimul & optimā cōparemus, atq̄ ita demū apparebit, quantæ dementiaꝝ ſit, tanto tumultu, tantis laboribus, tanto ſum ptu, tanto discriminē, et calamitatibus affectari bellū, cū multo minoris emi poſſit cōcordia. Princípio gd in re natura dulcius aut melius amicitia? Nihil pfecto. Atqui gd aliud eſt pax, q̄ multoꝝ inter ſe amicitia? Sicuti cōtra bellū nihil aliud eſt, q̄ plurium ſimultas. Bonoꝝ aut ea rō eſt, ut quo la tius pateant, hoc plus adferant cōmoditatis. Proinde cū unius cū uno neceſſitudo, res ſit adeo ſuavis & ſalutaris, q̄ ingens erit felicitas, ſi regnū cū regno, ſi natio cū natione, neceſſitudini ſuinculo copulet? E' diuerso, maloꝝ rege ea ē natura, ut quo latius manarint, hoc magis ſint ſuo dignæ uocabulo. Itaq; ſi miſer, ſi ſceleratū eſt, hominē cū homine ferro congredi, quanto calamitosius, quantoq; ſcēratius eſt, idē à tot hominū milibus fieri? Cōcordia res paruae creſcūt, discordia dilabunt̄ & magnae. Pax omniū bonaꝝ rege & parens eſt & nutrix. Bellū repente ſemelq; q̄cqd eſt laetū, quicquid eſt pulch̄, obruit, extinguit, abolet, omniūq; maloꝝ Lernā quandā in uitā mortaliū effundit. Pacis tēpore, nō ſecus ac ſi nouū quoddā uer rebus humanis adfulſerit, colunt̄ agri, uernant horti, paſcunt̄ laetæ pecudes, ædificant̄ uillæ, extruunt̄ oppida, iuſtaſtant̄ collapſa, ornant̄ & augent̄ extructa, creſcent opes, alunt̄ uoluptates, uigent leges, floret reipublicæ disciplina, ſeruet religio, ualeat æq̄tas, pollet humanitas, calent artes opificū, uberior eſt q̄ſtus pauper, ſplēdidior opulentia diuitū. Efflorescūt honestissimæ disciplinæ ſtudia, erudit̄ iuuētus, tranquillo ſruunt̄ ocio ſenes, bonis auſpiciis nubūt uirgines, laudant ſimili prole puerperaꝝ. Florent boni, minus peccant mali. At ſimul atq; bellī ſæua tempeſtas ingriuerit, deū immortalem, q̄ ingens maloꝝ pelagus occupat, inundat, obruit uniuerſa. Abiguntur armenta, pterunt ſegetes, trucidant agricultæ, exorunt ſuillæ, tot ſæcalis extructæ florentiſſimæ ciuitates, una pcella ſubuertunt. Adeo pcliuius eſt laedere, q̄ benefacere. Ciuiū opes ad exēcrandos latrones ac ſicarios tranſferunt. Mōrent domus, metu, luctu, & querimoniis, lamentis cōplentur oia. Frigent artes opificū, pauperibus aut ieunandū, aut ad impias cōfugiēdū artes. Diuites aut ereptas deplorant facultates, aut timent relictis, utroq; modo miſerrimi. Virginū aut nullæ, aut tristes & funestæ nuptiæ. Desolatae matronæ domi ſterileſcūt, ſilent leges, ridet̄ humanitas, nullū ha bet locū æq̄tas, religio ludibrio ē, ſacri & pphani nullū omnino diſcrimē. Corruſit omni uitioꝝ gneſſuuentus, dānant longæuitatē ſuā luctuosí ſenes. Nullus honos honestis literarum ſtudiis.

AD AGIORVM

plus malorum sentimus in bello, q̄ ullius sermo possit assequi, nedum n̄eius. Forte tolerari poterat, si bella calamitosos modo nos facerent, non ctiā nocentes & impios, si pax feliores tantū redderet, nō meliores quoq; Nimirum heu nimirum maloꝝ erat, quibus astidie uelit nolit, vexat, atteritur, ab sorbet̄ crumnoſa mortalitas. Ante bis mille fermē annos, trecēta morboꝝ nomina medicis sunt and maduersa, præter species, iā & quotidie subnascentes nouos, & senectutē ipsam, morbū ineuitabilem, legitimus alibi, totas urbes terrae quassatione subrutas, alibi conflagrasse fulmine, alibi solidas ēt hiatus terrae absorptas regiones, oppida suffosione cuniculoꝝ corruiſſe, ut ne cōmemorē, quātā hominū multitudinē iam ob assuetudinem cōtempti, casus absument, exundatio maris & fluminum, ruinæ montiū & ædificioꝝ, uenena, lapsus, feræ, cibus, potus, somnus. Alium haustus in potu lactis pilus, alium acinum uuæ, alium os piscis inhærens gutturi p̄focauit. Sunt quos subitū exanimarit gaudiū, nā de uehementi dolore minus est mig. Adde nunc fatales pestilentias, nō raro paſſim ſæviētes. Nul la pars orbis eſt, unde nō immineat periculū humanæ uitæ, alioqui p̄ se quoq; fugacissimæ. Tātū undiq; maloꝝ obturbat, ut nō sine cauſa, Homerus hominē animantiū miserrimum p̄nūcierit. Veꝝ hæc mala, quoniā nec uitari facile poſſunt, nec noſtro accidunt uitio, calamitosos tantū faciunt, nou itē facinorosos. Quid iuuat tā innumeris obnoxios calamitatib⁹, ultro ſibi malū, perinde quaſi deſit, accersere? Et accersere non quoduis malū, ſed malum omniū multo tērribilū, tā p̄nicioſum, ut unū uincat oia, tam foecundū, ut unū in ſe cōpleteſt uniuersa, tā pestilens, ut non minus impios efficiat, q̄ crumnoſos, ut miserrimos reddat, nec tamen miserandos. Adiice iā his omnibus, qđ pacis cōmoda latiflīme ſele diffundunt, & ad plurimos pertinēt. In bello, ſiquid feliciter cecidit, quanq; o ſuperi, qđ hic potest dici felix? id ad paucos p̄tinet, & eos indignos. Alterius ſalus, alterius eſt exitium, alterius opes, alterius ſunt ſpolia. Huius triumphus, illius eſt luctus, ut acerba ſit infelicitas, immanis & crue- ta felicitas. Quanq; plerunq; fit, ut iuxta Cadmæam, quā uocant uictoriā, utraq; pars ploret. Et haud ſcio, an unq; bellū adeo cefſerit feliciter, ut cordatū uictorē ſucepti nō poenituerit. Ergo cum pax reſit omniū tū optima, tū iucundiffīma, bellū contra reſ omniū miserrima, ſimul & ſceleratissima, nū hoſ ſanx mentis arbitrabimur, qui cum illā mediocri negocio parare queant, hoc malint ſummis ēt difficultatibus accersere. Primū qđ inſuavis reſ primus ille belli rumor, deinde quantū intuidaz ſubēdum principi, dum crebris decimationibus expilat ſuos. Quantū negocii in adiungendis aut retinen- diſ auxiliis, quantū in accersendis barbaricis cohortibus, & mercennario milite. Quantū impendii, ſimul & curaꝝ in apparandis claſſibus, in extruendis aut ſaciendis arcibus & p̄ſidiis, in ador�an- diſ tentoriis, in fabricandis & cōportandis machiniſ, armis, telis, ſarciniſ, uehiculiſ, cōmeatu. Quātū laboris exahuriendū, in cōpingendis uallis, in euacuandis fossis, in ſuſſodiediſ cuniculiſ, in excubiis, in ſtationib⁹, in exercitamēris. Omitto iā metus, omitto pericula, (Quid enim nō metuendū in bello?) Quis enumerare ualeat in cōmoda uitæ, quæ ſtultissimi milites in caſtris perferunt, & ob id ma- ioribus digni qđ ſpōte pferat? Viſtū, quē bos quoq; fastidiat Cyprius, ſomnos raros, nec hoſ ſan- toſ arbitrio. Tentoriū undiq; uentis puium, ac ne tentoriū qđē. Duradū ſub dio, cubitadū humi, ſtan- dū in armis, ferenda inedia, frigus, æſtus, puluis, hymber, ſeruiendū ducibus, uapulandū ferulis, quā- doquidē nulla eſt uilius mancipiū ſeruitus indignior, q̄ militū. Ad hæc ad triste ſignum eundū in mor- tem, ut aut occidas immaniter, aut cadas infeliciter. Tantū maloꝝ uſcipit, ut ad rem omniū miſer- rimam liceat puenire. Tam immensis malis nos ipſos prius affligimus, ut aliоſ poſſimus affligere. Quod ſi uelimus rem ad calculū uocare, & ueris rationibus expendere, quātū bellum conſtet, quanti pax, pfecto cōperiem⁹, hāc uel decima parte curaꝝ, laboꝝ, moleſtiaꝝ, pícuſ, ſumptuū, deniq; ſan- guiniſ poſſe cōparari, qbus bellū accersit. Tantā hominū turbam educis in piculū, ut oppidū aliqd̄ euertas, at horꝝ oga, uel citra piculū, aliud extrui poterat multo p̄clarious oppidū. Sed nocere uis ho- ſti, iā hoc ipſum inhumanū. Attamen illud expende, num illi nocere nō poſſis, niſi p̄uſ noceas tuis. Et furioſi uidet̄ hominis, tantū certi malis ſumere, cū incertū ſit, quo ſit alea belli caſura. Veꝝ elto, ra- puerit ad hanc uefania ethnicoſ, uel ſtūtūria, uel ira, uel ambitio, uel auaritia, uel immanitas, ſiue (qđ magis arbitror) ab inferis immissæ furiz. Vnde hoc nobis in mente uenit, ut Christian⁹ in Christia nū cruentū ſtingat ferrū. Parricidiū uocatur, ſi frater occidat fratre. At Christianus coiūctior Chri- ſtiano, q̄ ullus germanus germano, niſi firmiora ſunt naturæ uincula, q̄ Christi. Quā absurdū eſt, eos penē continenter inter ſe belligerari, quos una domus habet ecclesia, qui eiusdē corporis mēbra, cō- muni capite gloriant̄, népe Christo, communē habēt patrē in cœlis, cōmuni vegetant̄ ſpiritu, iisdē initiati ſunt mysteriū, eodē redépti ſanguine, eodē renati fonte, iisdē alunt̄ ſacramēti, eidē militat im- peratori, eodē uescunt̄ pane, eiusdē participes ſunt calicis, cōmunē habēt hostē diabolū, poſtremo ad eadē omnes uocati ſunt hæreditatē. Vbi ſunt tā multa perfectæ cōcordiae ſacramēta ubi tā innume- ra pacis

ra pacis documenta? Vnum praeceptum Christus appellauit suum, nempe charitatis. Cum hac, qd
æquæ pugnat atq; bellū? Felici pacis omnime salutat suos. Discipulis præter pacem nihil donat, præter
pacem nihil relinquit. In sacris illis precibus illud præcipue patrem orat, ut quemadmodum ipse idē
erat cū eo, ita & sui, hoc est, Christiani, idem essent secū. Iam plus audis, q pacē, plusq amicitia, plusq
concordia. Christi typū habebat Solomon, qd Hebraeis pacificū sonat, ab hoc sibi tēplū extrui uo-
luit. Nato Christo, nō bellum, neq; triūphos, sed pacē canunt angeli. De nondū nato præcīnuit ua-
tes ille mysticus. Et factus ē in pace locus eius. Vniuersam illius doctrinā excute, nihil unq reperies,
qd nō spiret pacē, qd non sonet amicitia, qd nō sapiat charitatē. Et quoniā intelligebat pacē aliter
non posse constare, nisi penitus contemptis his, p quibus mundus hic digladiatur, iussit ut à se disce-
remus esse mites. Beatos uocauit, qui diuītias p nihilo ducerēt, nam hos uocat pauperes spiritu, bea-
tos, qui uoluptates huius mundi spernerent, quos lugentes appellat, qui se paterentur suis exturbari
possessionibus, scientes hic nihil aliud esse, q exilium, ueram patriam, ueram possessionem in cœlo
sitam esse piis. Beatos, qui benemerentes de omnibus, impune & male audirent, & malis afficeren-
tur. Veruit, ne quis malo resisteret. Breuiter ut omnis illius doctrina, tolerantiam & amorem præci-
pit, ita tota uita nihil aliud docet, q māsuetudinem. Sic ille regnauit, sic bellauit, sic uicit, sic triūpha-
uit. Nec aliud inculcat Apostoli, qui purum adhuc Christi spiritū imbiberant, & musto illo feliciter
erant temulenti. Quid undiq; sonant omnes Pauli literæ, nisi pacem, nisi longanimitatē, nisi charita-
tē? Quid Ioānes loquit̄, qd iterat, nisi dictionē? Quid aliud Petrus? quid aliud omnes uere Christia-
ni scriptores? Vnde tantus bellorum tumultus inter filios pacis? An fabula est, qd Christus se uitē
appellat, suos palmites? Quis unq uidit palmitem pugnare cum palmite? An unum est, quod non
semel scripsit Paulus, Ecclesiām nihil aliud esse, q unum corpus ē diuersis membris cōnexum, adhæ-
rens uni capiti, Christo? Quis uidit oculum pugnare cum manu, aut uentre cum pede? In hoc uni-
uerso, rerum omnium tam dissimilium, harmonia est. In animalis corpore, pax est membro cum
membro, qd quæq pars dotis habet, nō uni sibi habet, sed in cōmune omnibus. Siquid accidit uni-
cuilibet, opitulat̄ uniuersum corpus. An plus potest in perituro corpore naturæ connexio, q in mysti-
co & immortali, copula spiritus? An frustra precamur illud ex præscripto Christi. Fiat uoluntas tua,
quemadmodum in cœlo, sic & in terra? In illa ciuitate, summa cōcordia est. At Christus nihil aliud
esse uoluit suam ecclesiam, q cælestem quendam populum in terris, ad illius imaginē, quoad fieri po-
test, uiuentē, illo properantē, ab illa pendentē. Age finge, iam mihi nunc nouum aliquē hospitē, uel ē
lunaribus illis ciuitatibus, quas inhabitat Empedocles, uel ex uno quopiam mundo eoz, quos innu-
merabiles fabricatus est Democritus, in hunc nost̄ & ueniſe, quid hic rerum agatur cupientē cognoscere. Cum qd de singulis edoctus, audierit esse unum quoddā animal, mire cōmixtū est corpore, qd
cum brutis habeat cōmune, ex animo, quo diuinæ mentis referat imaginē. Id adeo esse generosum,
ut quanq hic exulet, tñ cæteris omnibus imperet animantibus, quod ob cælestē originē, semp ad cæ-
lestia nitat̄ & immortalia, quod in tantū curæ fuerit æterno numini, ut qm negq naturæ viribus, neq;
philosophiæ rationibus assequi poterat, quod affectabat, unicum filiū suūm huc delegari, qui nouū
doctrinæ genus inuexerit. Deinde simul atq totam Christi uitam, ac decreta perdidicerit, cupiat ex
ædita quapiā specula, uidere quod audisset. Vbi cōspexerit cætera animantia probe in suo genere de-
gere, ac naturæ legibus duci, nihil appetere, nisi qd dictet natura, unum animal inter se caupona-
ri, negociari, rixari belligerari, non ne quodus animal poti suspicat hominē esse de quo audierit, q
ipsum hominē? Deinde admonitus ab indice, quis sit homio, iam dispiciat ubi sit grex ille Christia-
nus, qui cælestis illius doctoris institutum sequentes, angelicæ ciuitatis simulacra exhibeant, an non
ubi uis potius iudicabit habitare Christianos, q in hisce regionibus, in qbus tantā uideret opulentia,
luxū, libidinem, fastū, tyrrnidem, ambitionē, fraudem, inuidiā, iracundiā, discordiā, rixas, pugnas,
bella, tumultus, breuiter omniū rerum, quas Christus dānat, maiore penē Lernā, q apud ullos Tur-
cas, aut Saracenos? Vñ igitur pestis haec irrepsit in populū Christianū? Nimige paulatim hoc quoq
malū, sicuti cætera pleraq; receptū est ab incautis. Siquidem omne malū, aut sensim obrepit in ho-
minū uitā, aut sub prætextu boni se se inſinuat. Primiū igitur irrepsit eruditio, uelut idonea res ad cō-
futandos hæreticos, philosophorum, poetar̄ & oratorum literis armatos. Et initio quidem non ista
discebant à Christianis, sed quibus forte cōtigerant ante Christianum cognitū, hi qd iam partū erat, in
pios conferebant usus. Eloquentia quoq dissimulata magis q spreta primū, deinde palam etiam com-
probata. Proinde sub ftextu, pfliandi hæreticos subrepit ambitiosa rixandi libido, quæ nō medio
crē ecclesiæ pestē inuexit. Tandē huc pcessum est, ut in mediā Tcheologiā totus sit receptus Aristo-
teles, & ita recept̄, ut huius authoritas penē laudior sit q Christi. Nā siqd ille dixit, p; accōmodū

ADAGIORVM

ad uitam nostram, sicut interpretamento detorquere, cæterum exploditur illico, qui uel leviter ausie Aristotelicis oraculis refragari. Ab hoc didicimus nō esse perfectam hominis felicitatē, nisi corporis & fortunæ bona accesserint. Ab hoc didicimus nō posse florere républicā, in qua sint oia cōmunia. Huius oia decreta, cum Christi doctrina conamur adglutinare, hoc est, aquā flāmis miscere. Recepimus nonnihil & à Cæsareis legibus, ppter æquitatē, quā præ se ferunt, & quo magis cōuenirēt. Euāgelicā doctrinā ad eas quoad licuit detorsimus. At hæ pmitunt vim ui repellere, suū quenq̄ ius pse qui, pbant negociationē, recipiunt usurā, modo moderatā, bellū ceu rem pclarā effeunt, modo iu stum. Deniq̄ tota iā Christi doctrina, dialecticoꝝ, sophistarum, mathematicoꝝ, oratoꝝ, poetarum, philosophoꝝ, & iureconsultoꝝ, gētiliū literis, ita cōtaminata est, ut maxima pars æui cōsumēda sit; priusq̄ uacet, arcanas scrutari literas, ad quas ut aliquā uenias, tot tamen opinionibus mundanis infēctus accedas, oportet, ut Christi iā de crera, aut, pr̄sūs offendat, aut ad illoꝝ dogmata torqueantur. Atq̄ hæc res adeo nō improbat, ut nefas sit eū de Christianis loqui literis, q̄ se fugit Aristotelicis, uel potius sophisticis, totū ad ambas usq; quod aiunt, aures nō expleuerit. Quasi uero Christi doctrina sit huiusmodi, ut nō uel maxime possit esse cōmunis omniū, uel ullo pacto cū philosophoꝝ sapiētia cōsentiat. Post hæc recepim⁹ honoris nonnihil. Quē deinde, ueluti debitu cōpimus exigere. Id uisum est nō iniquū. Deinde recepim⁹ opes, sed in pauperē subsciđū distribuēdas, post ēt in usus nostros. Quidni, posteaq̄ didicimus hunc esse charitatis ordinē, ut sibi quisq; sit pximus? Neq; deerat ptex tus, huic malo, p̄iu consulere liberis, Aequū pspicere uētura senectuti. Postremo cur reiiciam opes inquunt, si citra fraudē contingant? His gradibus paulatim eo uentū est, ut is optimus habeat, qui sit locupletissimus, nec unquā maior fuerit honos diuitiis apud ethnicos, q̄ hodie sit apud Christianos. Quid enim est omnino, uel sacrum, uel pphanum, quod non haꝝ geratur arbitrio? Videbatur his ornamenti conuenire, nonnihil imperii. Neq; defuit, qui uoluerit cedere. Receptū est hoc quoq; sed grauatum & parce. Demum ita, ut solo titulo contenti, rem libenter in alios reiicerent. Postremo paulatim huc irum est, ut episcopus sibi non uideatur episcopus, nisi mundanæ ditionis aliiquid accesse rit. Parum honestus abbas, si nusq; possit, quod possunt tyra nni. Tandem perficta facie, pudore omnē abstēsimus, oia uerecundiæ repagula discussimus. Quicquid unq; apud ethnicos fuit, auaritiae, quicquid ambitionis, quicquid luxus, quicquid fastus, quicquid tyrannidis, id imitamur, æquamus, vincimus. Et ut de leuioribus interim sileā, an unq; apud ethnicos bellatū est, aut æque perpetuo, aut crudelius, q̄ inter Christianos? Quas tēpestates, quos belloꝝ testus, quoties discissa foedera, quas strages his paucis annis conspeximus? Quæ natio, cum qua non conflicta est ferro? Et postea Turcam execramur, quasi possit ullum spectaculum esse Turcis iucundius, q̄ quod illis quotidie mutuis cladi bus exhibemus ipsi. Insliebat Xerxes, cum ingentem illam multitudinē Græciā inuasurus educaret. An tibi constitisse animo uidetur, qui Atho monti minaces scripsierit epistolā, ni cederet, qui mari Hellefonto, quod parum cōmodum fuisset nauigare uolenti, plagas iusserit infligi? Furebat Alexander ille Magnus, Quis negat? Optabat semideus ille plureis mundos, quos deuinceret, tāta glo riæ febris, iuuenheim obfederat animū. Et tamen isti, quos Seneca non dubitat furiosos appellare la trones, bellabant humanius nobis, bellabant maiore fide, nec similibus machinis, nec similibus artibus, nec tam friuolis titulis, q̄ bellamus Christiani. Illi præter gloriā nihil ambiebāt. Gaudebat floretores reddere prouincias, quas bello subegissent, populos agrestes, sine literis, sine legibus ritu ferage uiuentes, ciuilibus artibus expoliebant. Regiones incultas extuctis oppidis reddebat celebres. Parum tuta cōuniebant, pontibus, litoribus, aggeribus, milleq; id genas cōmoditatibus, uitam homini adiuuabant, ut tum expedierit deuinci. Quin in mediis etiā bellis, q̄ multa feruntur, ab his uel dīcta sapienter uel gesta temperate? Cæterum quæ gerūtur in bellis Christianoꝝ, & obsecniora sunt & atrociora, q̄ ut sint hic cōmemoranda. Proinde quod in illis erat pessimū, id solum exprimus, imo superamus. Sed iā operæpreciū fuerit audire, quibus modis hanc tantā inslā nostrā tueamur. Si nullo, inq; pacto fas eēt bellare, Deus nō fuisset Iudæis author bellādi aduersus hostes. Audio, sed illud addas oportet Iudæos nunq̄ bellasse inter se, uege aduersus alienigenas & impios. Nos Christiani pugnamus cū Christianis, Illis diversa religio, & non eadem numina. diffidii causa fuit, nos aut puerilis ira, aut pecuniae fames, aut gloriae sitis, sapenumero foeda merces huic adducit, illi iussu diuī no pugnabāt, nobis animi perturbatio ferrum dat in manū: Quanq; si usqueadeo placet exemplum Iudæoꝝ, quin eadem opera, p̄eputium accidimus? quin immolamus pecudes? quin abstinemus à carne suilla? Cur non ducimus singuli plures uxores? Cum hæc excremum, cur solū bellandi placet exemplum? Cur hic deniq̄ literā sequimur occidente? Iudæis pmissum est bellū, sed ita, quēadmodum & repudium, nimis ob dutitiam ingenii. At posteaq̄ Christus iussit recondi gladium, nefas est

pugnare Christianos, nisi pulcherrimum illud praeium, cum teterimis hostibus ecclesiæ, cum studio pecuniae, cum iracundia, cum ambitione, cu metu mortis. Hi sunt Philistei nostri, hi Nabughodonosor, hi Moabitæ, & Ammonitæ, cum quib' nullas nobis inducias esse oportet, assidue conserē dæ manus, donec excisis funditus hostibus succedat tranquillitas. Quos nisi subegerimus, neq; cuiq; secum, neq; cum alio uera pax constare poterit. Solū hoc bellum, ueram gignit pacem. Hic quicerit, cum nemine mortalium belligerari uelit. Nihil enim me mouet, quod quidam duos gladios interpretā tur utrāq; potestarem, sacerdalem & ecclesiasticam. Cum Christus in hoc ipsum passus sit Petrum errare, ut posteaq; iussus esset gladium recondere, nemini dubium relinqueretur, quin uictum esset bellum, quod antea uidebatur esse licitum. Sed Petrus, inquiunt, pugnauit. Pugnauit, sed Iudeus adhuc, nondum accepto spiritu uere Christiano. Pugnauit non pro suis titulis, aut prædiis, uti nos, ne pro sua quidem uita, sed pro uita magistri. Deniq; pugnauit is, q; paulo post abnegauit. Si placet exēplum pugnantis, placeat & inficiant. Et cum simplici laberetur affectu, tamē reprehēsus est. Alioqui, si probabat huiusmodi defensionem Christus, sicut quidā insulſiſſime interpretantur, cur omnis illius & uita & doctrina, nihil aliud q; tolerantiam prædicat? Cur suos baculo tantum & pera armatos, tyrannis obiicit? Si gladius ille, quem diuenditis omnibus iuberem Christus, est moderata aduersus persecutores defensio, quemadmodū impie quidam interpretantur, non tantum inerudite, cur hac nūq; usi sunt martyres? At dictat hoc, inquiunt, ius naturæ, legibus comprobatus est, consuetudine receptum, ut uim ui propellamus, & uitam quisq; suam tueamur, tum & pecuniā, quandoquidem animæ loco est, ut inquit Hesiodus. Fateor, at his omnibus efficacior gratia, dictat, ne remaledicamus maledicentibus, ut de malemerentibus benemeremur, ut tollenti partem possessionum, totam concedamus, ut deprecemur pro his quoq; qui mortem intentant. Ad apostolos, inquiunt, ista pertinent, imo ad uniuersum Christi populum, & corpus, ut diximus, quod totū absolutū esse oportet, etiā si in dotibus aliud membra alio sit insignius. Ad eos nihil pertinet doctrina Christi, q; non sperant summi cū Christo. Illi p; pecunia, prædiisq; digradientur, q; rident quod dixit Christus, beatos pauperes spiritu, hoc est, eos diuites, q; nihil in hoc mundo cōcupiscerēt, diuitiae. Qui felicitatis summa in his collocarūt opibus, dimicant p; tuenda uita, sed ii, q; non intelligunt hanc mortē esse potius q; uitam, & piissimortalitatem esse paratam. Iam obiiciunt nobis Romanos aliquot pōtifices, qui bellandi fuerint authores, simul & adiutores. Obiiciunt decreta patr̄, in quibus bellum approbari uideatur. Sunt quidē huiusmodi quædam, sed apud recentiores Christi uigore iam relanguēcēte, sed ea per pauca, cum sint innumera apud probatæ sanctitatis scriptores, quæ à bello deterreat. Cur hæc paucula nobis potissimum in mente ueniūt? Cur à Christo, ad homines deflectimus oculos, & incerta exempla q; indubitatū authorē sequi malumus? Romani pontifices primū homines fuerūt. Deinde fieri potest, ut aut stulti fuerint, aut mali. Quanq; ne in istis quidem compieries hoc genus bellorum, quo nos assidue conflictamur, approbatum fuisse. Id quod clarissimis euincerem argumentis, ni fugerē digressioni longius immorari. Laudauit diuus Bernardus bellatores, sed ita laudauit, ut nostram omnem damnet militiam. Quāquā cur me moueat potius Bernandi scriptū, aut Thomæ disputatio, q; Christi dogma, qui in totum uetus, ne malo resistamus, nimis eo more, quo uulgas resistit? Sed licet, inquiunt, unū maleficum afficere suppicio, licet igitur et ciuitatem ulciici bello. Quid hoc loco responderi possit, plixius est, q; ut sit replicandum. Illud modo dicam, hoc interesse, quod in iudiciis conuictus dat poenas legibus, in bello utraq; pars alterā ream agit, illic ad eū modo reddit malum, qui læsit, exemplū ad omnes peruenit, hic maxima pars malorum in eos redundat, qui minime digni sunt malo, nempe ad agricolas, ad senes, ad matronas, ad pupilos, ad uirgines. Cæteræ si ex re omnium pessima quicq; omnino cōmodi potest colligi, id totum ad sceleratissimos aliquot latrones derivatur, ad militem mercennarium, ad strenuos prædones, ad pauculos forte duces, quorū artificio bellum in hoc ipsum fuerat excitatum, & quibuscum nunq; melius agitur, q; in summo reipublicæ naufragio. Illic uni non parcit, ut omniū consulatur saluti, hic ut paucorum, aut unius fortassis uicem ulciscamur, tot hominū millia nihil commeritorum crudeliter affligimus. Præstat paucoru admissum impunitū omitti, q; dum unum, aut alterum in poenam depositimus incertam, nostros pariter & finitiuos, & innocentes hostes, sic enim uocamus, in certum adducere discrimin. Satius est relinquere uulnus, cui sine graui totius corporis pernicie, mederi non queas. Quod si quis clamet iniquum, non dare poenas, qui peccarit, respōdeo multo esse iniquius, tot innocentū milia, citra meritū in extremam uocari calamitatem. Quanquam his temporibus omne ferè bellum è titulis, nescio quibus nasci uideremus, & ex principum foederibus, dum ut unum aliquod oppidulū suæ vindicent ditioni, totū piclant impium. Deinde hoc ipsum, qd tāto sanguine vindicatum est, rursum aut reuēdūt, aut donāt. Dixerit

ADAGIORVM

aliquis, Non uis igitur príncipes suum ius persequi? Scio non esse mei similium, de principum negotiis audacius disputare, qđ ut tutum sit, prolixius tamen est, qđ ut huic loco conueniat. Tantū illud dicam, si titulus qualiscunq; uidebit̄ idonea suscipiendi belli causa, in tantis rebus humanis uicibus, tantis cōmutationibus, nulli posse titulū deesse. Quæ gens non aliquā suis sedibus & pulsa fuit & pepulit? Quoties aliunde demigratū est alio? Quoties huc & illuc, uel casu, uel ex foedere translatā imperia? Repetant scilicet hodie Patauini Troianū solum, quod Antenor olim fuerit Trojanus, Repe-tant Africā & Hispaniam Romani, quod hæ p̄uinciae quōdam fuerint Romanorū. Dominū uocamus, quod est administratio. Non est idē ius in homines natura liberos & in pecudes. Hoc ipsum ius qđ habes, populi consensus dedit. Eiusdem aut, ni fallor, est tollere q̄ contulit. Vide q̄ non magna res agit. Non illud decertat, ut hæc, aut illa ciuitas bono principi pareat, non tyranno seruiat, sed utrum Ferdinandi censeat titulo, an S: gismundi, Philippo censum pendat, an Ludouico. Hoc est illud egregium ius, ob quod uniuersus orbis bellis, cædibusq; miscer. Sed esto, ualeat quālibet hoc ius, nihil interfit inter priuatū agrum, & ciuitatē, nihil inter pecudes tuo ære emptas, & homines non solū ingenuos uerum etiā Christianos, attamen prudentis eit expendere, num tanti sit, ut tā immensis tuorum malis p̄sequaris. Si principis animū præstare nō potes, at saltē negotiatoris adhibe. Contenit ille dispendiū, si p̄spexerit uitari non posse, nisi grauiore iactura, & lucri loco dicit, quod paululo dāno cū fortuna deciderit. Saltē illum imiteris, de quo uulgo non infestiu fabula celebrat. Pax conueniebat inter duos quosdā cognatos, de re diuidunda. Cumq; neuter alterius ueller concedere, res eo spectabat, ut iretur in ius, & iudicū sententiis controuersia finiret. Adibanc aduocati, Parabant dicas, Res erat cū iureconsultis. Aditi iudices, contestatalis, coepit agi causa, hoc est, bellum susceptū. Ibi alter matutine resipiscens, aduersariū priuatim accersitū his uerbis alloquitur. Principio pax decoze est, ut quos natura copulauit, pecunia dislocet. Deinde incertus est litis eventus, haud minus q̄ belli. Suscipere nobis in manu est, finire non est. De centū aureis tota lis est. Eius summae duplū in notarios, in p̄motores, in aduocatos, in iureconsultos, in iudices, in iudicū amicos expēdet, si legibus experiamur. His erit inseruendū, adulandum, dandū, ut ne dicā interim curas, ambiēdi, cursitādiq; labores, ut maxime uincā, plus tamen est incommodi q̄ commodi. Quin potius ipsi nobis sapimus q̄ istis p̄donibus, & in hos male collocandam pecuniā, inter nos partimur. Concede dimidiū de tuo, ego tantundem de meo concedam. Ita & amicitia nostram, alioqui perituram lucrificiemus, & tantam molestiam effugiemus. Quod si recusas quicq; concedere, ego uel uniuersum negotiū, tuo permitto arbitratui. Malo penes amicū sit hæc pecunia, q̄ penes insatiabiles illos p̄dones. Abunde magnū fecero lucrum, si & famæ pepercero, & amicum seruauero, & tantū effugero molestiarum. Mouit aduersariū tū rei ueritas, tū cognati festiuitas. Rē inter se transgerunt iratis aduocatis, & iudicibus, quos coruos deluerant hiantes. Vel hoḡ igitur prudentiam, in re tanto periculoso studeas imitari. Neq; solū spectes qđ uelis assequi, sed quanta bona & rerum iactura, quantis periculis, quantis calamitatibus sis assecuturus, ut assequaris. Quod si ceu lancibus hinc atq; hinc expensis commodis & incommodis, cōperis, multo potiorem esse pacem iniquam, q̄ bellum æquum, cur mavis Martis aleā experiri? Quis enim nisi demens aureo p̄scetur hamo? Si uides multo plus impendii, q̄ lucri, etiam si feliciter cadat omnia, non nē præstat aliquid de tuo iure cōcedere, q̄ paululū cōmodi, tam innumeris mercari malis? Malo penes quēcunq; sit titulus, si mihi tāta Christiani sanguinis iactura vindicādus est. Ille quisquis est, multis iā annis possedit. Assueuit habenis, agnoscit à suis, fungit̄ munere principis, & exortiet aliquis, q̄ ueteri quopiā titulo ex annalibus, aut oblitteratis monumentis reperto, bene cōpositū rerum statum, sursum ac deorsum, misceat. Præsertim cū uideamus in rebus mortaliū nihil suo loco consistere, sed ludibrio fortunæ, uelut æstu quodā affluere ac defluere. Quorsum attinet tanto tumultu uindicare, quod mox quolibet casu sit alio demigraturū? Postremo si ista tā leuicula non possunt contemnere Christiani, quorsum opus est, protinus ad arma rapi? Tot habet mūdus episcopos graves & eruditos, tot habet uenerabiles abbates, tot optimates grandæuos, & longo rerum usu sapientes. Cur non potius horum arbitrio, pueriles istiusmodi principum querimoniæ componuntur? Sed honestior est illorum oratio, qui prætexunt ecclesiæ defensionē, quæ si uero populus non sit ecclesia, aut quasi tota ecclesiæ dignitas in sacerdotum opibus sit. Aut quasi bellis ac stragibus orta, prouecta, constabilita sit ecclesia, ac non potius sanguine, tolerantia, uitæq; cōtemptu. Mihi sane ne hoc quidem adeo probandum uidetur, quod subinde bellū molimur in Turcas. Male profecto agitur cū religione Christiana, si illius incoluntas à talibus pendet præfidiis. Neq; consentaneum est, his iniūtiis bonos gigni Christianos. Quod ferro paratum est, ferro uicissim amittitur, uis Turcas ad Christum adducere? Ne ostentemus opes, ne militum manum, ne uires? Videant in nobis non titulum

tantum, sed certas illas hominis Christiani notas, uitam innoxiam, studiū benemerendietiam de hostibus, iniūctam omnium' iniuriarum tolerantiam, pecuniae contemptum, gloriae neglectum, uitam uilem, audiant coelestem illam doctrinam, cum huiusmodi uita congruentem. His armis optime subi guntur Turcae. Nunc saepenumero mali pugnamus cū malis. Dicam aliud & utinam audacius, q̄ ue-
 rius, si titulum crucisq; tollas insigne, Turcae cum turcis digladiamur. Si militū manu constituta est religio, si ferro confirmata, si bellis aucta tucamur eam iisdem præsidii. Quod si diuersis rationibus peracta, sunt omnia, cur ueluti Christi præsidio diffisi, ad ethnicas confugimus suppetias? At cur non iugulē, inquiunt, eos, qui nos iugulant? Ita' ne putas indignū, si quis sit te sceleratior. Cur non spolias spoliantem? Cur nō conuiciaris conuicianti? Cur non odisti, odio habentem? An Christianū facinus esse putas, si trucidatis impiis quidē, sed tamen hominibus, pro quibus seruandis mortuus est Christus, gratissimam diabolo uictimā mactes, bisq; delectes hostem, & quod occiditur homo, & quod occidit Christianus? Pleriq; dum uolunt uideri ualde Christiani, student Turcis q̄ plurimū facere ma-
 li, & quod facere non possunt, execrantes, imprecantur. Cum hoc ipso argumento, parū Christianū liceat deprehendere. Succurre Turcis, ex impiis si potes redditio pios, si non potes, opta, & agnoscā mentem Christianam. Verū hisce de rebus omnibus aliquanto copiosius audietur, cum ædemus li-
 brum, cui titulum fecimus Antipolemo, quem olim Romæ uitam agentes, ad IV LIV M Secun-
 dum Romanū Pontificem conscrispimus, eo tempore, quo de bello in Venetos suscipiendo consul-
 tabatur. Illud deplorandum portius q̄ refellendū. Siquis exactius ré excutiat, reperiet omnia ferè Chri-
 stianoꝝ bella, uel è stultitia, uel è malitia nasci. Nonnulli iuuenes & regi imperiti, maiorum malis ex-
 exemplis, historiarū, quas de stultis prodidere stulti monumentis, ad hoc inflammati, dehinc instigati-
 bus adulatoꝝ hortatibus, extimulantibus iureconsultis, ac Theologis, assentantibus, aut conniu-
 entibus episcopis, fortassis & exigentibus, temere magis, q̄ malitiose bellū suscipiunt, & tanto totius or-
 bis malo discunt, bellum rem esse modis omnibus fugiendam. Alios occultum odium, alios ambitio,
 alios animi feritas, in bellū impellit. Quandoquidem ne nostra quidem Ilias quicq; præter q̄ stultorū
 regum & populoꝝ continet iras, Sunt qui non aliam ob causam bellū mouent, nisi ut hac uia facilius
 in suos tyrannidem exerceant. Nam pacis temporibus, senatus authoritas, magistratuū dignitas, le-
 gum uigor, non nihil obstant, quo minus liceat principi, quicquid liber. At bello suscepto, iam omnis
 regi summa, ad paucosꝝ libidinem devoluta est. Euehuntur, quibus bene uult princeps, deiiciuntur
 quibus infensus est. Exigitur pecuniae quantū libet. Quid multis? Tum demū sentiunt se uere monar-
 chas esse. Colludunt interim duces, donec infelicem populū usq; ad radicem arroserint. Hoc animo
 qui sint, an eos putas grauatim arrepturos, oblatam quancunq; belli occasionem? Deinde morbus no-
 strum honestis titulis præteximus. Inhio Turcaꝝ opibus, & obtendo religionis defensionem, obse-
 quor odio meo, & prætexo ius ecclesiæ. Seruio ambitioni, sequor iram, rapit animus ferox & impo-
 tens, & ruptū foedus, uiolatam amicitiam, omissum nescio quid de sponsaliū legibus, aut simile quip-
 piā causor. Iam dictu mirū est, q̄ non assequantur hoc ipsum, quod affectant, & dū stulte uitant hoc
 aut illud malū, in aliud aut etiam in idem multo grauius incident. Etenim si gloria ducuntur, non
 paulo magnificentius est seruare, q̄ perdere, multo pulchrius extruere ciuitatem, q̄ demoliri. Deinde
 ut prosperrimo Marte res geratur, quantula gloriae portio redibit ad principem, unde magnam par-
 tem sibi uindicat populus, cuius pecunia res confecta est, maiorem miles exterus, ut plerunq; fit, &
 conductius, nonnullā duces, maximā Fortuna, quae cū in omni negocio, tū in bello ualet plurimū.
 Si sublimitas animi stimulat in bellū, uide quæso q̄ non recte tibi consulis ista rationale. Dum uni non
 uiscedere, puta uicino principi, fortassis affini, forsitan olim bene merito, quanto abiectius te suppli-
 cem facis, dum suppetias imploras barbarorū, & quod est indignius omni facinorum genere conta-
 minatorꝝ hominum, si modo homines oportet uocare huiusmodi beluas? Dum incestis, homicidis,
 prædonibus (per hos enim potissimum bellum geritur) polliceris, adularis, palparis. Et dum in æqualē
 feroculus esse studes, infimæ mortaliū feci teipsum cogeris submittere. Dumq; paras qualemcunq;
 finitimū suis sedibus deiicere, pestilentissimam nebulonū colluviem, in tuas sedes admittas oportet.
 Non fidis affini, & armataꝝ multitudini credis teipsum? Quanto tutiore poterat reddere concordia?
 Si lucro traheris, calculos adhibe. Placeat bellū, nisi uideris non æstimandis dispendiis, comprehendis
 peti, non solū longe minus, sed etiam incertum. Sed consulis reipublicæ, iao non alia uia citius, ac
 perditius percunt respubliæ, q̄ bello. Priusq; incipias, iam plus nocuisti patriæ, q̄ sis profuturus ui-
 ctor. Exhauris ciuiū opes, lucretu funestas domos, omnia latromibus, furibus, stupratoribus impletas.
 Has enim reliquias parit bellū. Et cū ante licuisset uniuersa frui Gallia, à multis regionibus teipsum
 excludis. Si uere tuos amas, quin tibi illa uenient in mentem. Cur ego hanc tam floridam insentis?

AD AGIORVM

tem omnibus malis obiciam? Cur tot matronas suis maritis, tot liberos suis orbabo parentibus? Cur titulum, nescio quem, & anceps ius meoru afferam sanguine? V idimus cu prætextu defendedæ ecclesiæ, bellum esset susceptum, crebris decimationibus sic expilari sacerdotes, ut nullus hostis potuerit hostilius. Itaq; dum stulte uitamus foueam, ulro nos ipsos in foueam præcipitamus. Dum leuem in iuriam pati non possumus, ipsi nos summis afficimus contumeliis. Dum pudet morigeru uideri principi, supplices reddimur infimis. Dum libertatem imprudenter affectamus, grauissimæ seruituti nos met irremus. Dum paululū uenamur lucri, dánis immensis nos ac nostros afficimus. Prudentis erat hæc secum expendere, Christiani, si modo uere Christianus sit, rem tam tartaream, tam aliena à uita simul & doctrina Christi, modis omnibus fugere, deprecari, propellere. Quod si uitari nullo pacto potest ob multorum improbitatem, ubi nihil intentatū reliqueris, posteaq; pacis studio omnem moueris lapidem, tum proximū erit dare operam, ut mala res per malos geratur, & q; minimo dispensio humani sanguinis conficiatur. Si demus operam, ut re simus id, quod audimus, hoc est, nihil admireris, nihil ambiamus, quod est huius mundi. Nam si tantum hoc agimus, ut hinc q; maxime expediti euolemus, si toto nisu rapimur ad cælestia, si felicitatis nostræ summā in uno Christo colloca- mus. Si quicquid est uere bonū, uere splendidum, uere iucundum in hoc uno situm esse credimus, si persuasum habemus hominem pium à nemine laedi posse, si perpendimus q; inania sint, q; fugacia, rerum humanarū ludibria. Si penitus intuemur, q; ardua res sit, hominem quodammodo trâsformari in Deum, & hic ita meditatione quadam indefatigabili repurgari ab huius mundi contagii, ut mox abiecto corporis exuio, in Angelorū demigret consortium. In summa si præstamus hæc tria, sine quibus nemo Christiani cognomen promeretur, Innocentiam, ut puri simus à uitii, Charitatem, ut bene mereamur quoad fieri potest de omnibus, Patientiam, ut malefacentes toleremus, & si liceat, in iuriam beneficiis obiuamus, quælo quod bellū possit inter nos de nugis existere? Si fabula est Christus, cur non explodimus ingenuos? Cur illius titulo gloriatur? Sin is uere est, & uia, & ueritas, & uita, Cur omnes nostræ rationes ab hoc exemplari tantopere dissident? Si Christum authorem agnoscimus, qui charitas est, & nihil docuit, nihil tradidit, nisi charitatem & pacem, agite non titulis & insignibus, sed factis hunc exprimamus & uita. Amplectamur pacis studium, ut Christus uicissim agnoscat suos. In hoc pontifices, in hoc principes, in hoc ciuitates, consilia sua coferant. Satis haec tenus fuisum Christiani sanguinis. Satis uoluptatum exhibuimus Christiani nominis hostibus. Quod siquid suo more tumultuantur populus, à principibus cohibeatur, quos hoc oportet esse in republica, quod oculus est in corpore, quod in anima ratio. Rursum siquid turbant principes, certe pōtificum est, sua prudencia sua q; authoritate, rerū motus componere. V el tandem satiati bellis tam diutinis, pacis tangamur desiderio. Trahit huc ipsa calamitas, inuitat Christus, adhortatur Pōtifex, si quisquam alias uere Maximus L E O Decimus, ac uere pacifici Salomonis nostri uices gerens, Cuius omnia uota, omnia consilia, omnes conatus huc tendunt, ut quos communis copulat fides, eos & communis iungat concordia. Hoc molitur ut ecclesia, non opibus, aut imperio, sed suis ac propriis dotibus efflorescat. Pulcherrimū profecto munus, ac prorsum tali dignū heroë, clarissimis illis Medicibus prognato, quoq; ciuili prudentia factum, ut inclyta Florentinoq; ciuitas, diutina pace fuerit florentissima, quorum domus omniū bonarum disciplinarū fuit præsidium. Ipse placidum ac mite sortitus ingeniu, à teneris, ut aiunt, unguiculis, humanis literis, ac mansuetioribus natus est initiatus, inter eruditissimos uiros, ac uelut in musa gremio educatus, uitam ac famam inculpatam, & ne in liberrima quidem ciuitate Roma, uilla unquā sinistri rumoris aspersam macula, ad summū pontificiū attulit. Ad quod hic non ingessit se, sed nihil minus q; hoc expectans, ueluti diuina uoce nominatim ascitus est, quo rebus humanis longa belloq; tempestate fessis, succurreret. Sit penes Iuliū belli gloria, habeat ille sibi suas uictorias, habeat sibi magnificos triūphos. Quæ q; deceant Christianū pontificem, haud est mei similium pronunciare. Dicam hoc modo, Gloriam illius, qualiscunq; fuit, cu plurimoru exitio doloreq; coniunctam fuisse. Longe plus ueræ gloria pariet Leoni nostro pax orbire dita, q; Julio pepererunt, tot bella per uniuersum orbem, uel excitata fortiter uel gesta feliciter. Sed longius q; par est huic digressioni, uidebimus immorati, iis qui de prouerbii, q; de pace, belloq; manlunt audire.

Argiuos uides.

Αργιούς οράς, id est, Argiuos uides, id est, stupidis & attonitis oculis, sumptū opinor ab Oreste, furis agitato. Aristophanes in Pluto μανία βλέπει dixit eodem sensu. Referunt à Suida prouerbii nomine.

Argiuui fures.

Αργιούς φέρεις, id est, Argiuui fures. De palā improbis. Nā Argiuui furacitatis infamia laborabant antiquitas. Extat & hoc apud Suidā. Latinū vulgo, ficto sicuti uidetur, per iocum uocabulo Lau-

II.

III.

quod non solum occupat duo nobilissimorum fluminum ostia, Mosæ, Rheniç, uerum etiam quod aliquanta sui parte Oceano alluitur, partim ob nativam regionis ubertatem, ut que passim nauigabilibus, ac pisco sis interluatur fluuiis, pascuis uberrimis abunder. Ad hæc autem infinitam copiam, paludes, saltusq; suppedant. Proinde negant aliam inueniri regionem, quæ simili spatio, tantum oppidorum contineat, mediocri quidem magnitudine, sed incredibili politie. In domesticæ supplœctilis nitore, palmam uni concedunt HOLLANDIAE negotiatores, quibus pleraq; pars orbis est peragrata, Mediocriter eruditorum, nusquam gentium frequentior numerus. Ad exquisitam eruditionem, præsertim antiquam, quo non perinde multi perueniant, aut uitæ luxus in causa est, aut quod apud illos plus honoris habetur egregiæ morum integritati, q; egregiæ doctrinæ. Nam ingenium non esse negatum illis plurimis constat argumentis, quanquam mihi sane, q; mediocre contigit, ne dicam exiguum, ut & cætera pleraq;.

F I N I S.

A B C a b c d e f g h i k l m n o p q r s t u x y z

aa bb cc dd ee ff gg hh ii kk ll mm nn oo pp.

Omnes Quaterniones præter C Quinternionem.

V E N E T I I S I N A E D I B V S A L
D I , E T A N D R E A E S O C E
R I , M E N S E S E P T E M B R I .

M. D. X X .

τας αἰκανας σωμάτων ὁσίαν εγγινοῦσσας. οὐ παραγενόμενη μηδεὶς οὐδεῖν τὸν πλευτηραν αὐτούσια, τῇ αἱρουμένῃ ἀντὶ κρεπτῶν.
τὸν καὶ αὐτὸν εἴ τι τοτοῖς, οὐδὲ τούς εἰς ταχινότερον. οὐδὲν διάφορα τῇ αὐτούσιαν
τῇ εἰδούσι, τούτοις χαροῖς, μαντεῖαι, ταῖς ταχινότερον. εὐσταχεῖς γορετοὶ^{τοις}
τεραῖσιν τοτοῖς οὐ εἴσονται. οὐδὲ οὐδὲν τοινότερον εἴσονται. οὐδὲν οὐ παρα-
μένη τῇ τοτοῖς οὐτεροῖς.
οὐδὲν καταργεῖς οὐτε μετοικεῖς οὐτοις. οὐτοις πόλεν, οὐτὶ εἰ μετοικεῖς φασιν οὐτοις αὐτοῖς εἰ-
σεῖν οὐνον ὅπλον εἰσοιται τοινότερον.
ταῦτα δέντε εὐαίσθητοι τοινότεροι οὐ ποικίλοι τοινότεροι, τῇ εἰδει πολύτιμοι, τῷ διός κατα-
τοινότεροι. οὐτοις τῇ αὐτοπάτην οὐ ποικίλοι τῇ διός κατατοινότεροι καὶ τοινότεροι, τῇ το-
τοῖς οὐτούσιοις αὐτοῖς. οὐτοις τῇ νερούσιαν πόλεις, οὐτοις πονοβούλων οὐτοις, τῇ με-
τοικεῖσι: οὐτοις τῇ ποικίλοις τῇ τοτούσιοις, οὐτοις στρατοῖς τῇ τοτούσιοις. οὐτοις εἰς τοινότερον
τοινότερον τοινότερον πολύτιμοι, οὐτοις τοινότεροι τῇ τοτούσιοις, οὐτοις τοινότεροι τοινότεροι,
οὐτοις τοινότεροι τοινότεροι.
αὐτοῖς τοινότεροι οὐκ αὐτοῖς τοινότεροι. Μήτοις αὐτοῖς τοινότεροι οὐτοις τοινότεροι! εὐαί-
σθητοι τοινότεροι, τοινότεροι τοινότεροι. οὐτοις τοινότεροι τοινότεροι, τοινότεροι τοινότεροι.